



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

De contemptu mundi secu[n]dum Philosophos 33.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

tur, non ad futuram gloriam quæ pro-  
mittitur vobis. Ista mi frater charissi-  
me breuiter commemoranda putavi,  
vt status tui pericula sapienter consi-  
deres, tutioremque viam arripias, &  
Deo altissimo omni cum diligentia,  
puritate atque feruore, die ac nocte in-  
seruias.

*De contemptu mundi secundum philo-  
sophos. articulus XXXIII.*

**C**VM gentes quæ legem non  
habent ea quæ legis sunt fa- *Roman.*  
ciunt, ipsi sibi sunt lex, Vt  
Christianorū præsertim cleri-  
corum, ac religiosorum vitam carnalē  
auertentium. & cor mundanum haben-  
tium, confusio, vilitas, atque peruersitas  
clarius innotescant modice tangam,  
quantum ipsi etiam philosophi sola  
naturali ratione inducti, talem abo-  
minati sunt vitam. Eccè Plato in Phe- *Plato*  
dro, inter cætera ait: Non est philoso-  
phi studere circa escarum, potuum, &  
venerorum voluptates. Philos. inho-  
norat vestimentorum precia differen-  
tium possessiones. & alios corporis or-  
natus, prout necessitas admittit. Intē-  
tio philos, est minime circa corpus esse.  
t & ma

& maxime distare ab eo, ad animamq;  
 conuerti. Anima philo. inhonorat cor-  
 pus. & præcipuè fugit ab eo quærens ipsa  
 secundum seipsam fieri. Decies enim mil-  
 lena contemplantionum impedimenta no-  
 bis ex corpore proueniunt propter ip-  
 sius necessitatem. Meditatio philo. est  
 solutio & separatio animæ à corpore:  
 Ridiculum est virum omni vita se præ-  
 parantem ad mortem, adueniente ea  
 moleste eam ferre. Si quem videas gra-  
 niter ferre quàm debeat mori, nullo mo-  
 do erat philosophus. Quoties anima à  
 corpore allicitur in hæc mutabilia, ipsa  
 seducitur & turbatur. Quoties vero a-  
 nima per seipsam speculatur. ilico dif-  
 fertur insyncerumque existens im-  
 mortale. Quum in eodem fuerint ani-  
 ma & corpus, natura præcipit corpori  
 regi, seruire ac subijci. Animæ autem  
 regere ac dominari. Recte philosopha-  
 tes ab omnibus quæ secundum corpus  
 sunt concupiscentijs abstinent, nec  
 sunt pecuniarum inordinati amato-  
 res. Denique teste Hieronymo, Socra-  
 tes contempsit diuitias. Diogenes om-  
 nibus derelictis elegit habitare in do-  
 lio. Tullius quoque & Seneca contra  
 pecuniarium & voluptatum amorem  
 acerrime

*Hieron.  
 12. q. 2. c.  
 gloria epis-  
 copi.*

DE ARCTA VIA SALV. 495

acerrime itidem scribunt. Si itaq; isti naturalis legis inclinatioe inducti propter solam naturalem felicitatem, aut scientialē profectum, oīa vitia ista sic contempserunt, atque tam arctam vitam aggressi sunt: quanta damnatione digni sunt, impij Christiani, q̄ legis scriptæ ac euangelicæ documentis instructi sunt ad quos ipse Dei vnigenit⁹ venit, atque seipsum exemplum exhibuit: & nihilominus delicatā vanam & dissolutam vitam habere non erubescunt, vitijs carnis foedantur, mundo inhaerent, cœlestium obliuiscuntur, Deū toto corde venerari non satagunt. Noli charissime tam ignobilibus conformari hominibus. sed patrum sanctorum sectare vestigia, vt tuo valeas complacere creatori, & offerre eidem florem tuæ ætatis, iuuentutem hanc floridam, quod DEO acceptissimum, & summe meritorium perhibetur. dicente sancto Gregorio: In illa ætate quando flauescunt crines. nitescit eburnea caro oculorum, gemmis rosea facies decoratur, valetudo corpori vires ministrat, iuuenilis ætas longioris vitæ spatia repromittit, quādo viget ratio & corporis sensus cum

Ioan. 3.

Gregor.

t. 2

auditus

auditus acutior, visus promptior, incessus rectior, vultus iucundior, qui in hac ætate se domant. Deoque sociant, præmium Iohannis expectant, imò se-

*Hugo.* cundum Hugo. tales offerunt Deo ag-  
*Thren. 3.* num immaculatum. Propter quod lo-  
 quitur Hieremias: Bonum est viro qui  
 portauerit iugum ab adolescētia sua,  
 Non ergo charissime tardes cōueri ad  
 dominū, & ne differas de die in diem,  
 ne subito veniat super te ira eius, Te  
 totum offer Deo in holocaustum, & i-  
 pse impendet tibi se totum. Esto vere  
 magnanimus, & mitte manum tuā ad  
 2. Tim. 2. fortia. Labora sicut boni miles Christi,  
*Ibidem.* & contra hostes animæ tuæ pugna vi-  
 riliter. Non enim coronatur, nisi qui le-  
 gitime certauerit. Hæc omnia cōterre  
 tibi dignetur propter bonitatem suam  
 immensam, ad sui ipsius honorem &  
 gloriam vniuersorum creator, omni-  
 um dominator, qui est super omnia  
 Deus sublimis & benedictus.

*De vita solitaria.*

*Articulus XXXIIII.*

*Thren. 3.* **S**Edebit solitarius & tacebit, quia  
 leuabit se supra se. Deus noster  
 naturaliter bonus (cujus essentia  
 bonitas,